340

Proszanka Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter comparens
Nobilis Martinus olim Joannis Proszenski de Proszanka sanus mente et
corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Joanni olim
Joannis Proszenski fratri suo germano et eius posteris Totalem suam
in medium in bonis Proszanka Mała sittam Aream quinque sulcos incipien
a via publica strata Bransceñ ad Strumieniec tenden inter metas eiusdem
Nobilis Joannis Proszenski fratris sui et Nobilis Christophori Proszenski
iacen cum arboribus fructiferis sepibus omnibus in genere et singu-
lis in se utilitatibus fructibus proventibus attinen et pertinen ex eadem
Area quovis modo provenientibus Nullis exceptis pura mera syncera
et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum
resignavit. Quae quidem Area apud eundem hucusque in obligatione
extat. Cui iam ex nunc introm realem cum pacifica possesione intendi
et Nobiles duos offre acceptandam dat et admittit. Submittendo se
de omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et
eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis
personarum quinquam et quantarumcunque vero a Nobili Marina
Dzierzbówna consorte sua per et ultra Omnes praescriptiones Curiae
toties quoties opus et Necessarium fuerit tueri defendere evincere
et liberare intercedere pacificare Ubique tam per se quam per quasvis
submissas et ordinatas personas non iniuriare Sub Damnis
Totaliter Simpliciter taxandis et edicendis Et Coram officio praesenti Castren
Capitan Bransceñ in primo citationis Termino peremptoria responsione
Omnibus controversiis exceptionibus, allegationibus evasionibus dila-
tionibus quibuscunque Motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus
aliisque in universum iuris remediis et defensis Legalibusque impedimen-
tis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Ab abscribendo
et abrenunciando sub amissione suae successionis et integra causa.

Inter Perkowski et Zopienska Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter
comparentes Nobilis Baltazar olim Bartolomei Perkowski ab
una Et Nobilis Marina filia olim Nobilis Valentini Zopienski consors
eiusdem Nobilis Baltazari Perkowski partibus ex alia Sani men-
te et corpore existentes palam publice ac libere Verbisque per expressis
recognoverunt et quilibet illorum pro sui interesse recognovit. Quia
ipsi inter se Mutuam reciprocamque Advitalitatem omnium et sin-
gulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in hereditate Zopienie
iure sitis hereditariis paternis Maternis obligatis quaesitis tum

manum